

**Dissertatio medica inauguralis de phthisi pulmonali à catarrho orta ... / ex auctoritate ... Hermanni Oosterdyk Schacht ... pro gradu doctoratus ... eruditorum examini submittit Andreas Plummer ... Ad diem 23. Julii. 1722.**

### **Contributors**

Plummer, Andrew, -1756.  
Oosterdyk Schacht, Hermannus, 1679-1744.  
Rijksuniversiteit te Leiden.

### **Publication/Creation**

L. Bat : Joh. Arnold. Langerak, [1722]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/fwfv5nyd>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO  
MEDICA INAUGURALIS  
DE  
PHTHISI PULMONALI  
à  
CATARRHO ORTA.

QUAM,  
ANNUENTE DEO TER OPT. MAX.  
*Ex Auctoritate Magnifici Rectoris;*

D. HERMANNI OOSTERDYK SCHACHT,  
A. L. M. PHIL. ET MED. DOCTORIS, HUIUSQUE  
THEOR. ET PRACT. PROFESSORIS  
ORDINARII,

NEC NON

*Amplissimi* SENATUS ACADEMICI *Consensu, & Nobilissime*  
FACULTATIS MEDICÆ *Decreto,*  
PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis  
ritè ac legitimè consequendis,  
*Eruditorum Examini submittit*

ANDREAS PLUMMER, Scoto-Brittannus.

*Ad diem 23. Julii. 1722. hora locoque solitis.*



DISSERTATIO  
MEDICA INAUGURALIS  
DE  
PHTHISI PULMONALI  
CATARHO ORTA.

ANNUNTIAT DEO PER OPT. MAX.  
D. HERMANNI OOSTERDIK SCHACHT,  
A. L. M. PHIL. ET MED. DOCTORIS, HUIUSQUE  
THEOR. ET PRACT. PROFESSORIS  
ORDINARIJ,

NEC NON  
AUGUSTINUS ACADEMICUS COEPI, U. N. B. J. G.  
FACULTATIS MEDICAE PRÆTOR,  
PRO GRADU DOCTORATUS  
Sumbilque in Medicina Honoribus & Privilegiis  
itaque ac legitimis concordantibus,  
Friedrichen Examinis laudantur  
ANDREAS PLUMMER, Secretarius-Bibliothecæ  
ad hunc 22. Julii 1792. data scriptura Joh. J.



ILLUSTRISSIMO, NOBILISSIMO,  
POTENTISSIMOQUE PRINCIPI,

JOHANNI DUCI DE BOXBURGH,

MARCHIONI DE BEAUMONT ET DE CESFOORD,

COMITI DE KELSO,

VICECOMITI DE BROXMOUTH,

DOMINO BARONI KERR DE CESFOORD,  
ET CAVERTOUN, ETC.

SERENISSIMI MAGNÆ BRITTANNIÆ,  
FRANCIÆ ET HIBERNIÆ REGIS  
A SECRETIS

*Dissertationem hanc Inauguralenz  
eâ, qua de cet Reverentiâ,  
Humillime*

D. D. C. q.

AND. PLUMMER:



ILLUSTRATION, NO. 12121212  
TENTATIVELY PRINCIPAL  
JOHANNI DUCI DE BOXBURGH  
MARCHIONI DE BEAUMONT ET DE CESTOORD  
COMITI DE KESO  
VICECOMITI DE BROXMOUTH  
DOMINO BARONI KERR DE CESTOORD  
ET CAVERTOUN, ETC  
SERENISSIMI MAGNE BRITANNIE  
FRANCIE ET HIBERNIE REGIS  
A SECRETIS

Differendum hanc inscriptionem  
et, que de est Reverentia  
Idem

D. D. C. p.  
And. Plummer



## DISSERTATIO MEDICA

## INAUGURALIS

## DE

## PHTHISI PULMONALI

## a

## CATARRHO ORTA.

## §. I.

**P**ulmonum vis & Actio tanti est momenti pro conservando fluore, blandore, calore & æquabili miscellâ omnium humorum, pro inducendâ iis formâ nutriendo aptâ & exercendis actionibus cunctis quæ horum efficaciam absolvi possunt, ut hac læsâ habitus totius corporis mutetur.

§. 2. Non aliud tamen viscus ex ipsius officii ratione tot malis, tam ab externis quam ab internis continuo obnoxium est, quot pulmo; aer enim, quem omni momento in sinum recipit, vix per duo momenta successiva idem manet vel quoad calorem, gravitatem, elasticitatem; vel quoad corporum exhalantium & circum volitantium particulas quas secum ducit; unde effectus maxime sensibiles & nonnunquam subito lethales producere valet. Tum indies contingunt innumere atque inevitabiles occasiones, quæ aeris delapsum in Pulmones accelerando, eos subito distendendo, diu distentos retinendo, mox subito comprimendo & aeris violentam explosionem faciendo Pulmonibus magnam vim inferunt. Sanguis etiam ab omni puncto corporis redux, per innumeras secretiones partibus subtilissimis, mobilissimis atque maxime coctis



coctis orbatus, per languidum motum in vasis amplis & inertibus fere concretus, cum multo humore adventitio & crudo confusus non accurate mistus, per vim validam cordis vicini in Pulmones pulsus & per eos velocissime transmissus, multis malis occasionem præbet.

§. III. Hæ itaque, præter alias reliquis partibus communes, causæ existunt plurimorum & diversissimorum morborum qui tamen plerumque in unum conspirant exitum sc. **PHTHISIN PULMONALEM**, quæ est Exulceratio Pulmonum, humores purulento tabo inficiens, nutritioni ineptos reddens, & inde totum habitum corporis consumens.

§. IV. Tot sunt Phthiseos species, tot diversorum plane morborum ideas involventes ut perdifficile foret aliquid boni de his proferre intra limites unius dissertatiunculæ, atque satis conscius sumus hoc munus nostris viribus non convenire: Eligimus itaque illam Phthiseos speciem veteribus adeo decantatam, ab Hippocrate adeo periculosam habitam, & a Galeno alteram Phthiseos differentiam factam, sc. quæ a Catarrho ferino oriri dicebatur; cuius accuratior habebitur idea, si quæ de hoc Morbo tradiderunt Veteres, per ea quæ hodie in Medicina cognita & demonstrata habentur, examinentur.

§. V. Κατάρσις, Latinis *Destillatio*, notat apud antiquos medicos, Omnem defluxionem humoris cuiuscunque ex capite in inferiores partes<sup>a</sup>; alias tantummodo Descensum humoris pituitosi frigidi vel calidi ex capite in os & asperam arteriam<sup>b</sup>: Catarrhi fontem Cerebrum, materiam pituitam, Cerebri purgamentum, vel etiam ejus liquefactam substantiam; decursum per ossis cribriformis foramina in nares & os, per alias vias in alias partes corporis, statuebant<sup>c</sup>: Pituita dicebatur humor frigidus & lentus, corpori naturalis, & unum ex quatuor elementis humores sanos constituentibus

a. Hippocr. Lib. de aere.

b. Id. lib. de Carne. Galen. de Sympt. caus. Lib. III.

c. Hipp. Lib. de Glandulis. Lib. de Morbo sacro. Gal. Lib. VII. Meth. Med. idem Lib. de Instrum. odorat.



bus<sup>d</sup>. Hæc exuberans sanguinem refrigerat & morbos faci<sup>t</sup> senibus, Pueris & mulieribus valde familiares<sup>e</sup>; calore vero agitata, attenuata vel acris facta destillat, maximeque infecta est iis quorum natura vergit *ἔμφι τὸ φθινώδες*, quales sunt *πνευγώδεις*<sup>f</sup>, quibus ex levissima causa defluit *φλέγμα ἀλυκόν καὶ σαπρὸν*, Pulmones mordens, exedens & *θνεώμα* faciens<sup>g</sup>, hinc Catharrus ille audit apud Hippocratem *θνεώδην, κακο- κήν καὶ ἀφροτικόν*<sup>h</sup>, cuius progressum sic describit i. *Pituita primo latenter in Pulmonem delabitur tenuemque tussim exhibet, tunc sputum solito amarius est, calorque tenuis adest, postea vero a pituita inhaerente & putrescente exasperatur & exulceratur Pulmo, pondus & dolorem sentit. Corpus incalescit, omnis Pituita in Pulmonibus accumulatur, tandem pituita putrescens, subcrassa expuitur, postea sincerum Pus, Febris accuta, Tussis crebra & vehemens, inedia vexat, tandem alvus turbatur a pituita.*

§. VI. Hæc sunt præcipua quæ tradidere Veteres de Catharro quatenus ad rem nostram spectat: Experientia quidem & ratio satis confirmant quæ scripsere de ejus jam nati effectibus, quos ex accurata observatione eorum quæ in morbis contingunt, didicerant, non ex præjudicata opinione finxerant; sed Recentiorum indefessa industria in indagandis, & felix successus in detegendis humorum fontibus & alveis evicit quantum erraverant Illi in assignando origine & tramite destillantis pituitæ. Demonstrat enim hodierna Anatome quod lentus, mucosus humor qui naturaliter narium omnes cavitates, palatum & fauces oblnit, qui emunctione, secreatu, tussi abraditur & rejicitur, qui in morbis quibusdam copiosior & tenuior destillat, non intra cranium fecernatur, vel

d. Gall. Lib. II. de Elem. idem Lib. II. de Natur. Facult. Hipp. de Morb. sacro.

e. Hipp. de Morb. sacro.

f. Hipp. Epid. Lib. VI. sect. 3. Gal. Comment. ad eundem locum.

g. Hipp. de Affect. Intern. Gal. Comment. in Lib. VI. Epid. Hipp.

h. Id. ibid. i. Id. Lib. I. de morbis.



colligatur, nec per ossis cribri formis foramina exeat<sup>l</sup>; sed quod numerosæ arteriarum Carotidum propagines disseminatæ per membranam amplissimam<sup>m</sup>, folliculis glandulosis instructam<sup>n</sup>, multos sinus, anfractus & cavernas, in fronte, maxilla superiore & osse sphænoide cingentem, & quadam continuatione per palatum, fauces omnesque interni oris partes expansam, lympham deponant primo tenuem, postea in hisce folliculis crassescentem: quodque pari ratione arteriæ Bronchialis furculi per Trachæam & Bronchia dispersi similem humorem per glandulas<sup>o</sup> in interstitiis Cartilaginum positas secernant; atque hinc probabile videtur eandem esse fabricam in ultimis Bronchiorum ramulis & vesiculis, cum non minus lubricante hac materia indigeant quam majores rami.

§. VII. Mucus hic ut suo blando lentore multos egregios usus præstat hisce viis per quas aër, cibus, potusque præterlabi debent, sic hujus vitia graves faciunt morbos, variis nominibus insignitos pro varietate partium quas obsident, qui vero Pulmões afficiunt plerumque Catarrhi nomine veniunt, cujus duæ sunt species, alia est cum pituitæ lentæ, blandæ & insipidæ rejectione, alia cum lymphæ tenuis acris & calidæ diluvie; utraque Pulmonem lædit hæc vero maxime periculosa & est Phthisin inducere aptissima; adeoque de priore pauca tantum adjiciemus.

§. VIII. Si in Corpore abundet, pituita lenta, mucosa, frigida, iners; quæ se manifestat per colorem pallidum vel plumbeum faciei, sensuum hebitudinem, capitis gravitatem, nauseam, lassitudinem frigiditatem; augebuntur omnes secretiones viscidiores & inter cæteras illa quæ fit per glandulas Trachææ & Bronchiorum, hinc iners phlegma in Bronchiis accumulatum & sensum infarctionis faciens, excitatâ tussi

1. Videantur opera clarissimorum autorum Sneideri. Rolfincki, Loweri.

m. Ruysch. Thes. anat. I. 16. Thes. VI. 3.

n. Steno. Observ. de Gland. in App.

o. Morgagn. Advers. Anat. I. §. 25.



tussi ejicitur cum quadam molestia, sed sine magno malo: si vero propter nimiam tenacitatem ac viscositatem, vel propter vasorum oscula constricta, liquidissima tantum pars transudat, crassissima retenta & accumulata vas obstructum expandit, fistulas Bronchiales angustat, vasa vicina comprimit; hinc pro ingenio materiæ aggestæ variæ fiunt concretiones gypseæ vel calculosæ, varia tubercula Scirrhusa vel callosa; denique materies calore & quiete forte resolvi potest in Ichorem vel saniem: si interim Pulmones motu nimis violento agitentur, margines tumoris inflammantur, suppurantur, atque hinc abscessus initium capit & incrementum, ex quo cum pure, varia materies nonnunquam parvæ vesiculæ disruptis omnibus vinculis rejiciuntur: dum hæc fiunt in Pulmone Respiratio difficilis, anhelosa, crebra, stertorosa est, tussis urget, dolor, calorque in pectore sentiuntur.

§. IX. Lympha tenuis in Pulmones depluens, licet simul acredine quadam imbuta non adeo lædit Bronchia rodendo aut exulcerando, quam quod lentore orbata internam Bronchiorum tunicam maxime irritabilem, ab injuriis aëris minus apte defendat, & ipsa hanc titillet, stimulet & tussim excitet: tamen destillatio talis lymphæ in habitu Phthisiformi imminentem Phthisin denunciat, & aliis causis accedens eam multum promovet; tenuitas enim & acrimonia stillantis liquidi indicia sunt reliquam massam humorum tali serosa, tenui & acri colluvie scatere, pulmones adeo teneros & debiles ut sanguinem compingere & acrimoniam superare non valeant; tum tussis quam facit, repetitis concussibus Pulmones laceffit, vasorum & fluidorum attritum auget, vasa omnia distendit, mox subito comprimit; atque hinc tantum periculum dilacerationis vasorum.

§. X. In maximo metu sunt Phthisicos a tali causa, qui tabida Stirpe sati sunt; quibus natura finxit pectus angustum, planum, depressum, scapulas alarum more prominulas, colum longum & teres; cutem candidam, pellucidam, genas roseas; qui a levissima occasione gravedinem, tussim & odontalgiam experiuntur; Hi omnes teneros Pulmones gerunt;



& humores alunt dissolutos; nimio sero abundantes; blanda, plastica tenacitate orbatos; acrimonia quadam tinctos; vasa minima, tenerrima destruere potius quam reficere aptos. Talis Diathesis Sanguinis per hæc signa se manifestat, sc. per calorem, pruritum, titillationem ad superficiem corporis; per pustulas, herpes, Achores in cute, per saporem amarum, salsum, foetidum in ore; spuitionem frequentem talis lymphæ; per sitim, tussim, sternutationes, Urinas tenues, fæces alvinas humidas, minime figuratas.

§. XI. Hæc Cacochymia hominibus *Φθισώδεις* fere nativa est, ex rerum nonnaturalium minus apta administratione augetur, & ex ipso Pulmonum vitio propagatur: pulmo enim est præcipuum in Corpore organum pro assimilando succo crudo, recente, humoribus coctis sanisque, & pro corrigendo acri in corpore nato vel inducto; si itaque nimis debilis sit & huic operi impar, tota massa humorum inficitur variis vitiis pro ratione temperiei, vitæ, victusque ægri.

§. XII. In Corpore sic, ut modo diximus, quoad solida & fluida disposito, ubi paucissima mala concurrunt & omnia quam lenissime procedunt, perpetuus labor actuosæ vitæ solutionem vasorum pulmonalium efficere valet; continuus enim attritus particularum acutarum & rigidarum ad vasa tenera & debili nisu cohærentia, hæc indies magis magisque labefactabit, tandemque omnino deteret; cum vero Vitium in seroso latice præcipue hæreat, qui per vasa angustiora, teneriora & forte rubro sanguini non pervia fertur, major erit effectus talis liquidi in hæc vasa; particula enim angulosa & acutis spiculis armata pertransire non potest quin lateri vasis impingat & impacta hæreat; tunc stimulando & liquido a tergo urgenti resistendo, impetum in illud punctum augebit, sicque sensim fibras minimas solvet: tunc lentissimo gradu obrepit Phthisis cum levi tussi, parca materiæ rejectione, Respiratione anhelosa, calore non valde incommodo, febre fere nulla saltem in initio morbi; postea vero pluribus & majoribus vasis, indies ruptis, inflammatis, suppuratis, symptomata paulatim ingravescent, Respiratio fit difficilior, tussis  
magis



magis urget, pondus in pectore sentitur, calor & febris praecipue Vesperis accedunt, languor & marcor omnia membra occupant; atque in hunc modum aeger diu morbum trahit, fere sine suspitione ulceris in Pulmone, donec tandem accedente forte quadam vi, copiosa materiae purulentæ vel Ichorosa rejectio ostendat Vomicam in pectore latentem nutrimentum partium consumpsisse, vel progrediente malo, totus Pulmo in pus conversus ægrum suffocet.

§. XIII. At haud ita felici ratione institui potest vita quin multa contingant quæ Phthisin accelerent & graviora symptomata producant: In his enim hominibus vasorum compages laxa & mollis, corpus humidius, laboribus & exercitiis minus firmatum, habitus delicatior & omnino ad foemininum accedens, ætas insuper inter XVIII. & XXXV. annum, omnia conspirare videntur ad generandam Plethoram, Pulmoni exitialem futuram nisi naturæ vires sufficiant & aliæ causæ determinent materiam copia & acrimonia infestam ad alias vias: Hinc multis habitus Phthisici characterem præ se ferentibus periodicæ Evacuationes contingere observantur; aliis per sudorem exprimitur peccans lymphæ, cum Cutis pruritu, nonnunquam pustulis; aliis ad Intestina derivata Diarrhæam excitat; aliis ad Glandulas Salivales & Membranam Schneideri & Bronchiorum irruens, sputo & tussi excluditur, Catarrhi suffocantis nomine. Si hæc naturæ molimina artis operite promoventur & moderantur, aeger saltem inducias habet pro tempore, si non integre liberatur; si vero non correctæ causa suffocantur & reprimuntur tales Evacuationes, materies repulsa tenellos Pulmones adurit.

Aliæ causæ quæ Phthisin accelerant sunt, mutatio subita ex aëre calido in frigidum, ex sicco in humidum, ex levi & aprico in densum & fumis noxiis gravem; Ciborum & potuum nimia vel intempestiva ingurgitatio, aut minus aptus delectus; animi affectus graviores, quo referuntur studia acriter pressa, Vigiliæ diu protractæ; motus nimius Corporis, præcipue qui Pulmones fortiter concutit, ut sternutatio, Clamor, Tussis, Vomitus, nixus vehemens &c. De-



nique Corpora in Pulmones demissa. Haec & alia multa huiusmodi quæ motum vel acrimoniam humorum augent prout varie combinata in hominibus varias conditiones vel causas prædisponentes gerentibus concurrunt, serius vel ocius inducunt Phthisin diversis symptomatibus stipatam.

§. XIV. Symptoma frequentissimum & maxime periculosum est Tussis, quæ perpetuo Pulmonem exagitat, membranas Bronchiorum atterit, frequenti emunitione Glandulas exasperat, siccat, inflammat, tunc adsunt calor & dolor in intimo pectore, Rauco, Tussis acris, sputa in initio copiosa, postea parciora cum paucis Sanguine: Inflammationem hanc suppuratam docent, Febris lenis, dolor obtusus, vox rauca, pus grandinis instar duriusculum cum sputo liquido, folliculi integri pure vel Ichore pleni excreti. Inflammatio hæc etiam in Scirrhum transire potest si febris satis magna adsit; signa Scirrhi ex hac causa nati satis obscura habentur, sed ex his conijcere licet, si post inflammationem satis magnam nulla secuta sint suppurationis indicia, sed tussis fere sicca, perpetua, cum leni dolore, Respiratio satis libera, nisi Tuberculum majorem ramum asperæ arteriæ occupet, vel mole auctâ vicina vasa comprimant, inflammet, tunc adsunt magna respirandi difficultas, suffocationis periculum, Pulsuum omnifaria inæqualitas, calor, dolorque acutus.

§. XV. Pulmones jam tot malis fracti, minima vi divelluntur, & Sanguinem effundunt, cum strepitu in Bronchiis, qui mox Tussi acerrima titillante, profunda, post brevissima intervalla educitur copiosus, spumans, coccineus; quo ramus minor ruptus, eo minus hæc fiunt.

§. XVI. Vas ruptum iterum sanguinem coercescit vel per bonam Cicatricem vulnere inductam, quæ raro tamen obtineri potest tam fortis quin iterum recrudescat Hæmoptoe; vel per grumofum & arefactum sanguinem orificium vulnerris obstruentem; tunc vas obstructum inflammatur, suppuratur, alia vasa comprimuntur, pus colligitur, augetur, vomitamque format; hæc enim ita fieri manifesta docent signa, accenditur Febris cum calore intenso, horrore va-



go, siti, jactatione, vigiliis, Dyspnæa & tussicula sicca; tum remittentibus paululum his symptomatibus, sentitur gravitas in Thorace dolor circa papillas, pulsus lentior sed inæqualis. Eadem omnia fiunt quando Tuberculum auctum vicina quoque vasa comprimit & circa Margines inflammari incipit.

§. XVII. Si tunc naturâ vel arte disrupta Vomica se evacuet in Bronchia, dolor & gravitas pectoris tollitur, omnia symptomata leviora fiunt & æger spem vitæ & sanitatis concipit; si vero pus intra vomicam clausam vel etiam ruptam sed non penitus evacuatam, nimis diu stagnet, putredinem & acrimoniam contrahit, in humorem saniosum, fætidum, acrem resolvitur, pondere mole & acredine sibi sinus & fistulas excavat, novas inflammationes & suppurationes facit; sicque progreditur & augetur vomica, donec totum fere Pulmonem exedit.

§. XVIII. Interim ex fonte hoc impuro scaturiunt Miasmata reliquos humores corrumpentia, fundentia, omnesque functiones perturbantia; Febris hæctica incertis intervallis recurrit, plerumque vesperi cum Dyspnæa & anxietate intolerabili ingravescent; sudor nocturnus leuamen quidem adfert, sed Corpus exhaurit & vires dejicit, molesta tussis nunquam deserit, dolorem pectoris & laterum fuscitans; quæ rejiciuntur sputa sunt saniosa, fætidissima, Cinericea vel viridia; larynx, fauces, lingua acredine sputi exasperantur, siccantur, hinc rarcedo, calor faucium & arida lingua; nares perpetuo cadaveroso halitu perculsi odores non amplius distinguunt; sanguis liquefactus per omnes poros diffuit, pustulæ fædæ cutem deturpant, horrida macies vultum deformat, pallor occupat exanguia membra, inertis lymphæ pedes tument, pellis arida hæret ossibus, arefactæ cadunt de vertice comæ, Viscera tabo infecta dilabuntur.

§. XIX. Plurimorum Authorum testimonia, hæc de Phthiferoso eventu Effata confirmant.

Qui in Phthisin proni sunt ab hæreditaria labe, prava constructione Thoracis, vitio proprio & naturali Pulmo-



num & humorum, non nisi tempeſtiva & diuturna præcautione & correctione cauſarum quantum licet, a metu hujus morbi liberantur.

Quibus morbus per moram invaluit, inevitabili tabe, tarda tamen pereunt, atque eo tardiore quo ſputa in initio magis inſipida prodeunt.

Ætas Phthiſi maxime opportuna eſt a XVIII. ad XXXV annum; nec enim ſenium nec puerorum pulmones tantum patiuntur quantum juvenum.

Vas in Pulmone ruptum a copia vel motu boni ſanguinis, vel a vi externa, ſæpe ſanari poteſt, nullo gravi inſequentemalo; a ſtimulo vero & acrimonia eroſum & deſtructurum, fere ſemper certam & citam inducit Phthiſin.

Vomica cito prompte & ſine magno labore rupta; penitus evacuata, pus effundens in Bronchia flaveſcens, coctum, æquale, læve, inodorum, inſipidum, permixtum pauco ſanguine; Febrem, dolorem & gravitatem pectoris tollens, Respirationem liberam reddens, ſi non perfectam ſaltem palliativam admittere poteſt curationem; cum omnia hæc doceant materiam ſuâ naturâ ſatis benignam, humores reliquos haud infectos, nec vaſa multum læſa.

Sputa vero poſt ruptam Vomica alba, ſpumantia, ſubdulcia, fulva, viridia, cinericea, cænosa, æruginosa fætida, craſſa, non ſine moleſta tuſſi excludenda, omnia contraria notant.

Diarrhæa, capillorum deſluvium, tumor pedum, ſputi ſuppreſſioni ſupervenientia, lethalia.

§. XX. Medici omnes ingenui agnoſcere coguntur Phthiſin Pulmonalem præveniri quidem poſſe, natam vero raro perfecte ſanari; Hoc tamen unum, ſpem addit Medicis & ægris, quod periculoſiſſimæ ſpecies hujus morbis e longinquo ſe oſtendant, & in initio lento gradu procedant, præcipue illa de qua hic ſermo eſt, cui ſi tempeſtiva adhibeatur cura, felix eventus votis reſpondet.

§. XXI. Tria itaque hic peragenda ſibi proponunt Medici, ſc. Pulmones roborandos, ſanguinis Diatheſin corrigendam,



gendam, atque omne augmentum copiae, acrimoniae & motus humorum praecavendum.

Robori Pulmonum prospicitur, si copia & impetus sanguinis ita moderentur ut vasa non nimis distendantur vel distrahantur; sanguis itaque hic mittendus ex Venis Brachii, pedis vel Hæmorrhoidalibus. pro consuetudine ægri; Alvus etiam subducenda sed lenissimis catharticis Cassiâ, Tamarindis, Mannâ, Rhabarbaro, Agarico, Electuario Diapruno &c. Post has evacuationes sanguis corrigi debet per Medicamenta Demulcentia, Balsamica, Alterantia, quæ exhiberi possunt forma Decocti ex Foliis Buglossi, Althææ, Hederae tetrestres, Tussilaginis, Veronicæ, faniculæ &c. Floribus Malvæ, Papaveris erratici, Hyperici; ex Fructibus Dactyli, Sebesten. Jujub. &c. vel formâ Emulsionum ex Amygdalis, seminibus 4 frigidis, Papaveris albi, cum Syrupis Althææ, Florum Rhæados, Capill. Veneris & similibus; vel forma Pillularum ex Gummi Elemi, Tragacantho, Styrace, Benzoino &c. cum Balsamis Tolutano. Peruviano, Opobalsamo &c. His interjici possunt Medicamenta quæ solida leniter constringunt, qualia sunt Herbae Pentaphyllon, Tormentilla, Bistorta, Cortices Tamarisci. Granatorum, Capparidis &c. Sed plus hic proficitur per accuratum rerum non naturalium moderamen quam per ingentem Medicamentorum vim; Motus enim & exercitia corporis, primo leviora postea magis concitata, uti vectiones, Equitationes, Ambulationes &c. mire Pulmones firmant; Aer plerumque eligitur hisce ægris calidior, siccior, tenuior, non nimis ventis agitatus, nec fumis gravis; Diæta lactea maxime convenit; vel ex Oleribus & Cerealibus coctis cum jure carniū; ipsæ etiam Carnes animalium juniorum & Pisces fluviatiles concedi possunt; pro potu sufficiunt Decocta vel Emulsionem supra laudata, vel serum lactis cui incoxerunt Folia Lactucæ, Endiviæ, Urticæ vel Althææ &c.

Tertio scopo satisfit si certis periodis pro natura & consuetudine ægri mittatur sanguis & solvatur alvus, tum constante proposito, eidem vitæ generi insistatur per aliquot annos;



annos; ex tam lauta enim & copiosa materia, variæ concinnari possunt formulæ Ciborum potuum & Medicamentorum, pro lubitu & gratia ægri.

§. XXII. Si Pitiuita iners Pulmonibus molestiam creat, attenuanda & educenda est per Decocta Herbarum Origani, Calamenthæ, Serpilli, Hyssopi. Thymi. Marrubii; Lignorum Guajaci, Sassafras &c. per Vapores herbarum similium Marjoranæ, Lavendulæ, Salviæ aqua decoctarum; per purgationes ex Pillulis Cochiae, sine quibus, Extracti Catholici &c.

§. XXIII. Si Lympha acris confertim fluit ad Pulmones & tussim violentam facit, ad fluxionem avertendam proficuum erit alvum leniter subducere, sudores elicere per frictiones, calorem lenem Hypocausti, per Decocta Radicum Sarsæ, Chinæ &c. Urinæ secretionem promovere per fatus Renum qui Lympham huc determinent. Sanguis per has evacuationes a sero tenui & acri aliquantulum liberatus ulterius lenitur & incrassatur per talia Medicamenta.

℞. Ol. Amygdal. dulc. recent. syrup. e symphyto, papaveris Rheados ana unc. jß. sacchari rosac. drach. jß. M. f. linctus.

vel

℞. Pulv. diatragacanth. frigid. drach. j. sacchari candi unc. jß. succi glycyrrhiz. scrup. j. Mucilaginis Tragacanthi ex Aqua Rosar. factæ q. s. ut f. Trochisci

℞. Aq. stillat. plantagin. unc. vi. lapid. hæmatit. contritiss. scrup. j. laudani puri gr. iij. syrup. myrtin. unc. j. M. sumat æger. Cochl. i. omni Bihorio.

Nisi Tussis hisce remediis cedat, compesci potest per Pilulas de Cynoglossò, Styrace, vel ex succi Glycyrrhizæ inspissat. drach. j. Opii puri gr. x. fiant pilulæ circiter gr. iij. quarum sumat unam quoties tussis urget.

§. XXIV. Hæc remedia rite & tempestive adhibita Pulmonis rupturam & inflammationem feliciter impediunt; si vero ex horum neglectu vel minus apta administratione rumpatur vas aliquod, non magis efficacia Ars agnoscit remedia



media ad supprimendam Hæmoptoen & agglutinandum vulnus, quam quæ §. 21. & 23. recensentur; nisi quis his adjicere vellet stiptica Terrestria & Metallica, uti sunt Bolus armena, terra figillata, Lapis hæmatitis & alia quæ ad ferri indolem accedunt, quorum egregias & específicas virtutes ad sputum sanguineum compescendum prædicant nonnulli; alii vero hæc magis parca manu ægris miscent. Ubi vas in Pulmone ruptum sanguinem effundit, celebranda est venæ sectio & repetenda pro re nata, alvus Clysmate eluenda, pedes Balneo tepido fovendi, artus nonnunquam constringendi, quies concilianda, stimulantia omnia vitanda, Medicamentis agglutinantibus, incrassantibus & opiatibus insistentum: Quorum specimina quædam ex innumeris quæ inter Practicos sub variis titulis comendantur proponemus.

℞. Aq. Stillat. Plantagin. Unc. vj. Lapid. Hæmatit. contritiss. Scrup. j. Laudani puri gr. iij. Syrup. Myrtin. Unc. j.

Sumat æger Coch. j. omni Bihorio.

℞. Rad. symphyt. maj. alth. ana Drach. iij. semin. 4. frigid. maj. Hyoscyam. ana drach. j. Gummi Arab. Tragachanth. Thuris ana scrup. ij. Boli Armen. Ocul. Cancr. ppt. ana Drach. j. Succi Glycyrrhiz. Drach. ij. M. F. Pulvis cujus dosis est Drach. j.

℞. Rad. Symphyt. maj. Plantagin. Glycyrrhiz. ana Unc. j. ℞. Herb. Scabios. Tussilag. Veronic. ana P. ij. Fijub. Sebesten ana N°. vij. Coq. in. q. s. aquæ communis. Collaturæ Lib. iij. adde Syrup. Papav. albi Unc. iij. Bibat æger uncias duas tepidas omni hora.

§. XXV. Ubi signa docuerint Pus jam colligi in Pulmonibus, maxime agendum est ut bene coctum & maturatum habeat exitum in Bronchia, ergo laxanda est hæc via per Emollientes vapores, concutiendi Pulmones per motum Carpentis, velequi, vel etiam per Tussim excitatam per acriora Medicamenta ut Oxymel Scilliticum, acetum Sambucinum, Scilliticum &c. Vomica horum ope rupta depurari debet per



medicamenta detergentia & expectorantia, ne pus nimiam moram trahens intra pulmones putrescat & reliquam massam humorum inquinet; huic proposito convenit talis Linctus.

℞. *Myrrhæ, Olibani ana Drach. j. Mellis optimi Unc. ij.*  
*M. ut sumat Drachmam unam omni hora.*

vel tales Pilulæ.

℞. *Myrrhæ, Olibani, Sapon. Venet. Terebinth. ana Drach.*  
*i. ℞. M. F. Pilulæ singulæ gr. iv.*

quarum sumat duas omni bihorio interdiu, intermissis aliquot horis post prandium, cum uncia una vel alterâ talis potus.

℞. *Fol. tenerior. & recent. agrimon. Betonic. Parietar. Scabios. Hederae Terrestris, Veronicae ana M. ℞. Flor. Verbasci, Hyperici ana P. j. Conscissa macerentur in seri lactis recentis Unc. xvj. spatio horæ fervida sine ebullitione: dein liquoris per pannum trajecti Unc. xij. Admisce mellis optimi Unc. j.*

Dum hæc interdiu aguntur, curandum ut ulcus depuratum & deterfum noctu quam minime moveatur, aliter frustra expectatur agglutinatio & concretio, Somnus itaque conciliandus, per Medicamenta paregorica, & tussis sedanda ne crudum ulcus, perpetuo fricetur & Sanguis iterum erumpat. Tum hæc sequi debent, Equitatio, Rusticatio, Diæta lactea vel ex Oleribus tenerrimis facile attenuandis & humoribus assimilandis; summas certe hic meretur laudes Lac Mulieris sanæ ex ipsis uberibus haustum, quod alimentum suppediat blandum, naturæ amicum & corpori exhausto, debili reficiendo aptissimum; secundas obtinet Lac Asininum recens mulsum, post hoc Equinum: denique Fonticuli & frictiones Pectori applicatæ admodum utiles sunt ad derivationem puris a fomite Pulmonali.

§. XXVI. Hisce Medicamentis atque hoc regimine optime præcavetur nova inflammatio Pulmonis & Febris Hæctica inde nata, quæ nec certo nec tuto tolli potest per Corticem Peruvianum: Si vero hæc non valeant sanguinem contra infectionem purulentam & colliquationem munire, nihil fere restat



restat nisi ut quantum fieri potest occurratur hisce gravissimis malis quæ miseros ægros affligere solent aliquot dies ante mortem, qualia sunt Diarrhæa, Tormina alvi, Sudores, Nausea, Faucium dolor &c. quæ mitigari saltem possunt, putrefactioni resistendo usu grate acidorum; viribus prospiciendo ne præ debilitate sputa supprimantur, & liquida undique diffuant, tum acre mitigando usu opiatorum.

F I N I S.







21 N 1 E